

SOZIMVS PRIMVS AVGVSTANVS EPISCOPVS.



Sozimus sanctis moribus & literarum scientia Anno post natum Christum sexcentesimo decimo, in Rhetia Vindelicorum magna diligentia Christum prædicauit, atq; homines sua prudenteria in uera Christi religione instituit & confirmauit. Nam Atila Hunnus eam regionem plane defödarat, atq; urbes cum templis euerterat. Fuerat is natione Græcus, atq; ob Dionisi Areopagitæ memoriam Dionisi cognomen acquisierat. Cum autem Francorum reges ad Christianam fidem conuersi, ea loca occupassent, omnia tempora hinc inde restaurarunt, & p̄ijs præfulibus exornarunt. Hinc factū ut sub Clotario secundo, qui Dagobertum antecelsit, Sozimus ille primus Augustanus Episcopus ordinatus fuerit, eo nimirum tempore cum sub Eraclio Imperatore, impius Sergius cum Machomete suum virus in Oriente effunderent. Itaq; Sozimus magna diligentia res eius Ecclesiæ ordinavit, atq; per annos octodecim rebus sacris ibidem præfuit. Hic moriens, successorem habuit Beruelfsum Sueum, cum Sigibertus Dagoberti regis filius Austrasiam & Augustanam regionem gubernaret.